



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De hoc nomine quod est persona, quod cum secundum substantiam dicatur, tamen non singulariter sed pluraliter accipitur in summa. A. B. C

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



DE HOC NOMINE QVOD EST PERSONA, QVOD CVM SECUNDVM

*Substantiam dicatur: tamen pluraliter  
non singulariter in summa  
accipitur.*

## DISTINCT. XXIII.

A

**P**RÆDICTIS adiiciendū est, q̄ cum omnia nomina, quæ secundum substantiam de Deo dicuntur, singulariter & non pluraliter de omnibus in summa dicantur personis, vt supra ostensum est: est tamen vnum nomen, scilicet persona, quod secundū substantiam dicitur de singulis personis, & pluraliter nō singulariter in summa accipitur. Dicimus n̄ pater est persona, filius est persona, spiritus S. est persona, & hoc secundum substantiam dicitur: Nec tamen dicitur, pater & filius & spiritus sanctus sunt vna persona, sed tres personæ. Hoc ergo nomen excipitur à prædicta regula nominum, quæ secundum substantiam de Deo dicuntur, quia cum hoc ad se dicatur, & secundum substantiam, pluraliter tamen, non singulariter in summa accipitur.

*Auctoritas quod persona ad se dicatur & secundum  
substantiam.*

B

**QVOD** autem persona secundum substantiā *Aug. cap. 9  
ad principi-  
um.  
Ibid. paulo  
inferius.* dicatur Aug. ostendit in 7. lib. de Trin. dicens: Nō est aliud Deo esse, aliud personā esse, sed omnino idem. Item in hac Trinitate cū dicim⁹ personam patris, non aliud dicimus q̄ substantiam patris. Quocirca vt substantia patris ipse pater est, non quo pater est, sed quo est ita & persona patris, nō aliud q̄ ipse pater est. Ad se quippe dicitur psona, nō ad filium vel spiritum S. sicut ad se Deus dicitur & magnus, & bonus, & iustus, & huiusmodi. Et quemadmodū hoc illi est esse, quod Deum esse quod magnum esse, quod bonū esse: ita hoc est illi

13 quod



esse, & personam esse. Ecce expresse habes, quod persona secundum substantiam dicitur: ut cū dicitur, pater est persona, hic sit sensus, pater est diuina essentia. Similiter cum dicitur, filius est persona, spiritus S. est persona, id est, essentia diuina.

*Cur pater & filius & spiritus sanctus non dicantur  
vna persona, vt vna substantia, &  
vnus Deus.*

IDEO oritur hic quæstio difficilis quidem, sed non inutilis: qua quæritur, Cur non dicantur hi tres vna persona, sicut vna essentia, & vnus Deus. Quæ quæstionem Aug. diligenter tractat, atq; congruè explicat in 7. lib. de Trin. ita dicens: Cur non hæc tria simul vnā personam dicimus, sicut vnā essentiam & vnum Deum, sed dicimus tres personas, cū tamen tres Deos, aut tres essentias non dicamus? Quia volumus vel vnum aliquod vocabulū seruare huic significationi, qua intelligitur Trin. ne omnino taceamus interrogati quid tres essent, cum tres fateamur. Cū ergo quæritur quid tres, vt ait August. in lib. v. de Trin. magna prorsus inopia humanū laborat eloquium: dictū est tamē tres personæ. nō vt illud dicefetur, sed ne taceretur omnino. Non n. rei ineffabilis eminentia hoc vocabulo explicari valet. Ecce ostēdit qua necessitate dicatur pluraliter personæ: videlicet vt hoc vno nomine quærentibus de tribus respondeam.

*Qua necessitate dictum sit tres personæ à Latinis, & à Græcis tres hypostases vel substantia.*

QVA necessitate nō solum Latinus sermo, sed etiam Græcus eadem pene super hac laborans nominum penuria coarctatur. Vnde August. quid à Græcis vel Latinis necessitate de ineffabili Trin. dictū sit aperiens, in 7. lib. de Trinitate ait: Loquēdi causa de ineffabilibus, vt fieri aliquo modo poss

*Cap. 9. eiusdem consi-  
deratio.*

*Solutio.*

*Aug. cap. 9.  
in fine li. 9.  
de Trin.*

*Cap. 4. in  
principio.*